

Sextima persecutio post nerone facta est a decio imperatore. qua quidem multi diuersis in locis pro fidei costatia passi fuere. quod cum philippo imperatori reuertenti de bello verone occurrit cum victoria: ad ipsum honoradus: dolose eum occidit. et usurpas sibi imperium ad urbem venies: ut videres zelo cultus deorum illorum occidisse dominum suum quod christianus erat: insouit persecutio diram pro christianos plurimos interficiens. et inter illos filium prefati philippi imperatoris. Martires autem variis sub decio passi sunt: quoque martyrum iam patebit:

Abdon et Senen



Abdon et senen subreguli romani viri clarissimi ex corduba presarum urbe oriundi his tumultibus per multos carceris squalores romanae cathenis obligati perducuntur ubi cum diu diuersis penaz generibus diu fuissent macerati. Cum enim decius imperator babyloniam et alias provincias superasset christianos in diuersis locis cordubam adduxit: et diuersis suppliciis eos interfecit. Eorum autem corpora abdon et senen christianissimi sepeliebantur. Tandem tertio kalendas Augusti gladio percussi martyrium compleuerunt.

Agatha sicula virgo genere nobilis perclarissima: proboc tempore in cathania ciuitate sicilie pro christo martyrio coronaetur. Nam quintianus prefectus audita eius fama nobilitatis formositatis et diviciarum: et quod christi ancilla esset: illam comprehendentes affrodisie turpissime mulieri tradidit: que septem filias habebat turpitudini deditas: que per dies triginta variis persuasionibus ac ministris eam abortabatur: ut presidi assentiret: qui postea cum idolis sacrificare nollet: post alapas et carceres postquam ecclae: post etiam mamillarum abscissionem: et in testis fractis et carbonibus ignitis volutatione eo iudicata in carcere martyrio consumata est nonis februarii. corpus fideles aromatibus sepelierunt. angelus apposuit tabulam ubi sculptum erat. mente sancta sponte honorem deo et patrie liberationem. Cortina quoque eius ignem montis prope ciuitatem repressit.

Appolonia virgo sanctissima memoratu dignissima alexandrina longeue etatis. et ipsa per hoc tempore martyrum pro christi nomine perculit acerbissimum. Nam persecutores (cum idolis sacrificare nolebat) primi dentes oes ex eius ore excusserunt et multis plagis affecerunt. deinde cum minarent eam viuam scincensuros nisi cum eis verba impia perferret et deum blasphemaret. at illa videlicet rogum paululum quid intra semetipam deliberans: repetente de manibus impiorum se per rupit et in igne paratus persistuit: ut perterrerent crudelitatis actores: quod peremptio est inuenta semina ad mortem: quam persecutor ad penas. ac sic martyrum palma quanto ydus februarii permeruit. Et sanctum corpus postea in italiam delatum: apud verdonas lombardie ciuitatem in cathedrali ecclesia seruat.

Serapion



Appolonia

Serapion patria alexandrinus et ipse vir sanctissimus. Seconde anno apud alexandriam a persecutoribus captus crudelibus supplicibus afficitur in tunc ut oes eius corporis iuncture prius soluerent: sed adhuc viues a ministri diaconi de superioribus suis domini partibus precipitatus christi martyris efficit. et eius natale. id est kal. decebris celebratur. Iustinus quoque presbyter cum victoria martyrum pro christo constantissime sustinuit.

Meniacus ethruscus vir celeberrimus: et ipse apud florentiam ethrurie urbe octauo kal. nouembbris martyrum perculit. cuius reliquie adhuc et templo et populo frequentatione a coetibus suis plurimum venerantur. Valentinus quoque et laurentius patria ethrusci: et ipsi apud aretium eorum urbem una cum nicostrato diacono: et aliis multi in hoc tumultu pro christo passi sunt.

Victoria virgo inclita cum esset despota cuiusdam pagano rome sub deciana persecutio: cum nec nubere nec sacrificare vellere: post multa miracula et opera sancta cum plures virgines deo adiunxisset: gladio percussa est rotogatu sui sponsi. Plurimique alii martyrio coronati sunt quoque vita euoluere non possumus. qui hac persecutio ne furentur in desertis et in montibus latitantes fame siti frigore: languore latronibus bestiisque consumpti sunt in diuersis mundi regionibus.

Agatha



Serapion



Victoria virgo

